

**Monotessaron**  
**Evangelicum**

**BS2552**

**.4**

**.V5**

**1889**

**c.1**

٦٤١١٠




1080022923

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



at  
J. A. 80

To my dear friend  
Mr. Valverde de Sa-  
lles brother.

Montréal Oct. 25. 1844

Dodsworth

SANCTUM EVANGELIUM  
IN MEDITATIONES  
QUOTIDIANAS DISTRIBUTUM.



Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

## ADVERTENDUM.


Sciat pius lector sententias Patrum quas ei meditandas proposuimus, e catena Aurea Divi Thomae Aquinatis esse fere omnes excerptias, quas ibi, cum indice completo, si ei placuerit, inveniet. Aliæ, si quædam sint, ad propriam originem remittuntur.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Sanctum Evangelium  
in Meditationes Quotidianas distributum;

BIBLIOTECA VALVERDE Y TELLEZ  
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON



**H**umiliavit semetipoum factus  
obediens usque ad mortem  
mortem autem crucis. (Philipp. ii. 8)

Vitae Domini Nostri  
Iesu Christi Monotes  
saron Evangelicum

quod ex quatuor Evangelistarum verbis ad unum mysterium pertinentibus, prosacrarum meditationum materia, in singulos anni dies contraxit ac distribuit

**R. P. Georgius Heser S. J.**  
Novissime edebat adjunctis in adjumentum meditantis sententiis Patrum **P. Jacobus Brucker** Societatis Jesu presbyter.

TORNACI [Nerviorum]  
Typis Soc. S. Joannis Evangel.  
DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
EDIT. PONT. — M. DCCC, LXXXIX.

Jus proprietatis vindicabitur.

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 19 Martii 1889.

G. F. J. BOUVRY Vic. Gen.

AMICE LECTOR.

**I**C quem præ manibus habes liber, in lucem primo prodiit anno Domini MDCLVII, auctore P. Georgio Heser, germano, e societate Jesu: sæpius de hinc typis mandatus ea utilitate, ea laude quam vel solo auctoris nomine sperare licebat. Duplex porro hujus operis laus erat; altera ex ipsa materia quæ tota a sacris eloquiis Evangelicisque documentis repetebatur; altera ex methodo qua doctissimus æque ac pius scriptor, sacra eloquia in corpus quoddam doctrinæ ac synthesim redegit: ita ut, ex verbis Domini in determinatum ordinem digestis, conflaretur quasi summa quedam fidei ac morum.

Illud denique opus majoribus nostris adeo probatum, opera pretium fore visum est, si denuo in lucem proferremus, pluribus tamen adjectis. In hoc autem præcipue adlaboravimus, ut divina eloquia Patrum sententiæ singulæ singula accipiant, brevissimæ illæ sed sensu plenissimæ et affectu piissimæ, quibus via sterneretur, campus-

011247

*que aperiretur ad meditandum et contemplandum.*

*Hic paucis alloqui te volebam, amice lector, quibus te qualiscumque operis nostri admonerem, fructumque uberem tibi exoptarem, et rursus me laboresque meos tuis precibus commendarem. Vale.*



### PRÆFATIO AD LECTOREM.

**I**brum hunc, o pie lector, Monosaron appellamus, eam ob causam, quod unum e quatuor sacrosanctis Evangelii depromptum Vitæ, Miraculorum, Doctrinæ, Passionis aut Resurrectionis D. N. F. C. Mysterium, non aliis quam ipsorummet Evangelistarum verbis enarratum proponitur; omnium quidem, si omnes; trium vel duorum, si duo tresve rem eamdem memoriae prodiderunt; unius, quod unus calamo duntaxat consignavit.

*Hoc in stadio devenerunt e vetustissimis duo : Tatianus Assyrius, Justini Martyris et Philosophi sectator, florens in Ecclesia, quamdiu ab ejus latere non discessit; que n id genus, labore laudeque consecutus est Ammonius Alexandrinus. Harmoniam utriusque Magna Bibliotheca Patrum et Antiquorum Scriptorum Ecclesiasticorum exhibit. Eusebius Cæsariensis Episcopus Alexandrinus, secutus Ammonium, canones in decem numeros ordinavit : quos*

*S. Hieronymus sicut in græco habebantur expressit, ut si quis voluerit nosse quæ in Evangelii vel eadem, vel vicina, vel sola sint earum distinctione agnoscat.*

*Alii subinde fuerunt qui præcedentium studia majorem in modum perfecerunt, ut Joannes Gerson Cancellarius Parisiensis, Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis, Sebastianus Barradius, Joannes Hujus, Bartholomæus Riccius etc. qui opere pretium sue fecerunt.*

*Verum ut ad omnem, sive meditantium, sive lectorum commoditatem ordo nihil decesset, illud accedere posse visum fuit: ut in certas materia disposita classes, enarrata verbis Sacrorum Evangelistarum, in tres quatuorve divisa partes, omnem suripereret laborem querendi num idem aliud aliterque recenseret.*

*Quamobrem in septem classes universa exegi, quarum in se complebitur*

*Prima. Ortum, infantiam, vitamque Christi ad annum usque trigesimum.*

*Altera. Refert acta præcipua Christi ab anno trigesimo.*

*Tertia. Narrat miracula, quæ medicus, e cœlo delapsus virtute divina patravit in ægris quos sanitati restituit.*

*Quarta. Doctrinam Æternæ Sapientiæ per volvit, ac primum eam quam Dei Filius per parabolas proposuit.*

*Quinta. Didagmata non omnia, tamen præcipua Christi, quibus omne hominum genus imbuere voluit, selegit.*

*Sexta. Passionem acerbissimam Servatoris nostri ob oculos ponit.*

*Septima. Gloriam Jesu Christi redivivi manifestam facit.*

*Verbis utimur non aliis quam quibus latine Vulgata. Quæ prætermisit Evangelistarum unus ex aliis supplemur, eo collata verborum ordine ut filum historie non incidatur. Mox illius quoque nomen adiungimus, qui, quod ad lucidiorem rei notitiam faceret, symbolam quasi dedit; ut a quo lampadem augeri non ignores.*

*His te pauculis alloquendum existimavi, quo mentem nostram et laboris scopum perspiceres. Tu bone Lector his, ut potes, ad majorem Dei gloriam tuamque salutem utere, et bene vale.*

Monachii anno MDCLVII.

